

Quinquaginta millia, πεντακισμύρια. Sexaginta millia, ἑξακισμύρια. Septuaginta millia, ἑπτακισμύρια. Octoginta millia, ὀκτακισμύρια. Nonaginta millia, ἑννακισμύρια.

Latini igitur millenarij crescunt decurijs: Græca myriades unitatibus augescunt. Sequentes vero numeri à centum millibus usq; ad milliones Latini quidem cum centurijs: Græci cum decurijs componuntur, in hunc modum.

Centum millia, ἑ centena millia, δεκάκισ μύρια, δέκα μυριάδες. Ducenta millia, εἰκοσάκισ μύρια, εἰκοσι μυριάδες. Trecenta millia, τριακοντάκισ μύρια, τριάκοντα μυριάδες. Quadringenta millia, τεσσαρακοντάκισ μύρια. Quingenta millia, πεντηκοντάκισ μύρια. Sexcenta millia, ἑξηκοντάκισ μύρια. Septingenta millia, ἑβδομηκοντάκισ μύρια. Octingenta millia, ὀγδοηκοντάκισ μύρια. Nongenta millia, ἑννεηκοντάκισ μύρια.

Millenarij millibus crescentes novo vocabulo nunc milliones vocantur: quod etsi ita Latinum non sit, repudiari tamen prorsus ab arte non debet. Summas enim grandiores sine fastidiosa repetitione millium exprimit, quæ alioquin ἔ auribus molestiam, ἔ animo caliginem offundit.

Ab